lariter accidit in eo q̄ plures penituit. ℂ Sed q̄d ē
simplr̄ grauius vel cadere respiciendo ad maius bñ
ficium: vel magis indebitū prestitū: vel ad plura p/
missa de non cadēdo? ℂ Rñdeo absolute plus ligat
R ꝑceptum legis nature ptinens ad gratitudinē quā
ista obligatio noua contracta ꝑ propriā pmissionē.
nisi forte istud principium vel ꝑceptum serua pmis
sa. magis obliget ꝙ istud. esto gratus bñfacienti fm̄
graduȝ eius in benefaciendo. ℂ In isto articulo re/
stat dubium. Nunquid opȝ in speciali confiteri pec
cata precedentia tanꝙ circūstantias aggrauantes?
ℂ Respōdeo q ꝗꝗ hoc sit licitum ⁊ forte vtile. nō
tñ videt̃ necessarium illa confiteri in speciali: qꝛ in
quantum aggrauant pñt exprimi sufficienter in con
fessione absqȝ expressione illorū peccatoꝝ prius di/
missoruȝ in spāli. s. dicendo de multis ⁊ magnis pec
catis alias penitui. ⁊ credo q deus mihi remiserat.
⁊ ideo nunc fui magis ingratus in peccando.

Ad argumēta. ℂ Ad primū patet q illa parabola ad
B principalr̄ tendit q eadeȝ pena exigit̃ a seruo illo
qui noluit dimittere cōseruo suo que fuisset exacta
ab eo ꝓpter delictū principale. Quod. n. ibi dicitur.
mittite eum in carcerem donec reddat vniuersum
debitū. intelligo ad ꝓpositum qꝛ non redderet vni/
uersum debitum nisi soluendo penā dānationis pro
eo mittat̃ in illum carcerem dānatorum. Et ita ad
B ꝓpositum recidiuans eidem pene dānationis adiu
dicatur quā habuisset ꝓpter peccata priora. ⁊ prius
dimissa ⁊ equalem quantū ad durationeȝ: qꝛ donec
reddat ⁊c̃. sed non sequit̃ q equalem quantū ad in/
tensionem. ⁊ ita dicendū est ad oēs auctoritates san
ctoꝝ fundatas in illa parabola saluatoris: q peccata
illa redeunt. i. q obligatio ad dānationē redit. ⁊ ag/
grauata ꝓpter remissionē illoꝝ pctōꝝ preteritoruȝ.
ℂ Ad 2ᵐ isto modo est intelligenda auctoritas Ja/
cobi quantū ad dānationē que est gñalis pena oīum
peccatoꝝ mortalium. factus est oīuȝ reus. vel aliter
⁊ in idem redit quantū ad auersionē a fine vltimo: q̄
est cōis oī peccato mortali. sed non est intelligēdum
q factus est oīum reus quantū ad grauitates specia
les singulorum. ⁊ nullo mō quantū ad illas grauita/
tes easdem in nūero vel in specie. ℂ Ad aliud. Uno
mō pōt dici q si contritus prius contēnit postea cōfi
teri peccat nouo peccato mortali in illo cōtēptu. nec
tñ redit culpa dimissa ꝑ contritioneȝ neqȝ inꝙ redit
quantū ad malitiam nec quantū ad reatū. sed semꝑ
sola pena manet tp̄alis debita illi. lȝ pena dānatiōis
debeat̃ nouo peccato mortali. ℂ Alio mō posset di
ci. q qñ pro peccato habet̃ pena cōpleta. intellige cō
pleta quantū ad tres partes pnie: contritionē: cōfes/
sionem: satisfactionem. tunc cōmutata est pena dā/
nationis in penam tp̄alem: nō sic aūt de peccato de
quo habet̃ contritio sine aliis duabus partibus peni
tentie. ℂ Sed prima responsio est cōuenientior: qꝛ
pctm̄ in contritione simpliciter delet̃. ita q non ma
net nisi obligatio ad penam tp̄alem. ⁊ si post sequat̃ T
contēptus satisfactionis seu cōfessionis nouum pec
catum mortale est. ⁊ aggrauatū ꝓpter culpam prio
rem in ɔtritione dimissam. ℂ Ad aliud dico q non
potest redire eadem tenebra numero saltem per na
turam. qꝛ ita non potest esse eadeȝ negatio sicut nec
eadem affirmatio posita interruptione hinc ⁊ inde.
ℂ Ad probationem dico q ad vnitateȝ priuationis
nō sufficit vnitas subiecti ⁊ habitus oppositi. sed req̄
ritur vnitas continuitatis eiusdē in subiecto eo mo/ U
do quo potest habere esse in subiecto. patet hoc per
simile: qꝛ ad vnitatem negationis nō sufficit vnitas
affirmationis. nā non sor. qd est negatio vnius nūe/
ro affirmationis pōt esse non solum plura numero.
sed in pluribus specie ⁊ genere. ⁊ tot esse quot sunt
entia que non sunt sortes. ita ⁊ priuatio pōt esse eius
dem forme ⁊ tñ non eadem. potest etiam esse in eo
dem subiecto plurificata: si sit interruptio: sicut ⁊ ha
bitus eius est plurificatus si cū interruptione ineēt
illi subiecto. siue enim positiuum siue priuatiuū vel
negatiuūm idem numero reparare hoc: sicut dicet̃
in materia de resurrectione: solius est potentie infi/
nite dei cui sit gloria ⁊c̃.

ℂ Preter premissa est ēt aliud sacra/ mentum ⁊c. Distinctio. XXIII.

Circa hanc dist. 23ᵃᵐ q̄/
ro hic qōnē
includentē totā mām di. Utrū extre/
ma vnctio sit sacrm̄ noue legis: q nō.
omnia sacrā noue legis sunt instituta
a christo supra di. j. q. 3. sed istud vide Di. 2. q. j.
tur istitutū fuisse a Jacobo in sua canonica. 5. vbi in/
firmat̃ quis inter vos inducat ꝑsbyteros ⁊ orent su
per eū ⁊c̃. ℂ Itē sacrm̄ vnū hȝ vnam mām ⁊ vnam
formā. hoc aūt fȝ q ministrat̃ ab ecclesia hȝ multas
materias: qꝛ multas vnctiōes: ⁊ multas formas: qꝛ
multas orationes coniunctas multis vnctionibus.
ℂ Oppositum magister in littera.

Hic sunt duo vidēda. ℂ Primo q
possibile est eē aliqd
sacrm̄ noue legis qd sit signum efficax finalis remis
sionis venaliuȝ. qd cōgruit: ⁊ q hoc factuȝ est. ℂ 2ᵒ. A

q extrema vnctio est tale sacrm: et de totali rõne ex/
treme vnctionis. ¶ Primũ sic. possibile ẽ deũ fina-
liter remittere venialia. g possibile ẽ sibi istitui signũ
efficax isti9 remissionis. ↄntia pz. qr possibile ẽ hoiez
instituere signũ efficax practicũ cuiuscũq; opis sui. g
multo fortius ẽ deo possibile. et ita pot qđcũq; signũ
sensibile: cuius istitutio nõ includit ↄdictionẽ insti/
tuere tanq̃ signũ practicũ efficax istius effect9. Hoc
ẽt congruũ est recessurũ. s. ab hac vita finalr a venia
libus absolui. qr ista nõ remissa essent ipedimentuz
glie ↄñde. et nõ remissa pñt esse vsq; ad exitũ. qr pec
cator q̃n cõtinue peccat talib9 pctis. Hoc ẽt factũ ẽ.
pbat ex illo verbo Jac. 5. si in pctis ẽ remittunt ei.
non intelligit de mortalibus: qr hec non remittunt
nisi in baptismo vel pnia. ergo de venialibus. sit g p
ma cõclusio q respectu finalis remissionis venialiũ
conuenit esse et potest esse. et est sacrm noue legis.

De secunda ↄne pncipali dicendũ: q illud sacrm vocat extrẽa
vnctio. cui9 assignari pot rõ talis. Extrema vnctio est
B vnctio hois infirmi penitẽtis facta in determinatis
ptib9 corpis cũ oleo ↄsecrato ab epo ministrata a sa/
cerdote simul verba certa cũ intẽtiõe debita pferen
te ex institutiõe diuina efficaciter significãs curatio/
nẽ finalẽ venialiũ. ¶ Ista rõ appet bona. qr nõ est in
T.c.4. se falsa ex. 5. meta. c. 17. qr nulla ps eius repugnat al/
teri. Exponẽdo g ptes. p ponit q est vnctio cuius cõ
gruentia est. qr istud signũ sensibile congruit effectui
s. interiori vnctioni curatiue. subdit hominis infirmi.
Ideo non dz conferri sano nec qualitercũq; expos-
D to periculo mortis: qr non ei cui iminet mors ex pe/
riculo extrinsece violentie: vt armoz vel submersio
nis vel hmõi nec qualitercũq; infirmo sed periculo
se. ita q pbabilr immineat sibi exitus de statu viato
ris ad terminũ. ¶ Qđ addit penitentis. pz: qr nul/
lus est capax istius sacri digne nisi sit in gratia. Istõ
enim sacrm nõ est remediũ acquirendi grãm. qr ad
hoc sunt tñ baptismus et pnia. Et ex hoc excludunt
non vtentes rõne vt puuli. et qui non hñt mãm pnie
saltez qui non hñt pniam de venialibus vt pfecte in
nocentes: qr ẽt non vtentes rõne non pñt eẽ penitẽ/
tes excludunt furiosi et amentes. et hoc nisi p volũta
tem pcedentem expressam presumant illud velle.
¶ Qđ addit in determiatis ptibus. Iste ptes sunt
C organa potẽtiaz p q̃rũ actus peccat frequẽter venia
liter. vtpote organa 5e sensuũ et potentie motiue. et h
aliqñ respectu eiusdẽ sensus vl potẽtie geminate. vt
organa potentie visiue. vt oculi duo. organa poten/
tie auditiue due aures. organa potentie olfatiue na
res. organa potentie tactiue manus. Et sic istis pre/
dictis sicut geminantur organa: ita geminantur vn/
ctiones. organũ gustus est lingua in qua nõ fit pter
abhominationẽ tollendã vnctio. sz exterius sup os.
pter aũt organũ potentie gñatiue fit vnctio ad lum
12.c. bos. iuxta illud Gregorij sup illud Luce. Sint lumbi
vestri pcincti etc. viris inquit luxuria in lumbis est.
Propter organũ motiue quãtũ ad pgressiuã que est
principalis motiua fit duplex inũctio in duob9 pedi-
bus tanq̃ organis ad illũ motũ ordiatis. Alia motio
q̃ frequẽter peccat est motio lingue. iuxta illud Jac.
5. Qui nõ offendit verbo hic pfectus est vir et multa
alia ibi. Et ↄ istud est vnctio oris. ita q ipsa est reme
T.c.88. diũ ↄ duplex pctm veniale sicut lingua cõgruit i duo
D opera nãe. 2° de ala. in gustũ. s. et loquelã. Sunt ergo
12es. vnctiões. s. partiales. sed alique sunt geminate
q̃si vna. ita q sit septẽ pncipales. 5e i orgãis. 5e sẽsuũ.

6a in organo pncipali potẽtie motiue pgressiue. sep/
tima in organo pricipali gñatiue. ¶ Sequit cũ oleo.
nec opz ibi esse aliqđ confectum ex oleo et balsamo
vt in mã cõfirmationis: qr cõfirmatio est ad cõfessio
nẽ et cõfirmationẽ fidei. Et ideo in cõfirmato reqrit
non tñ puritas conscie significata p oleuz. sed odor
bone fame significatus p balsamũ. sed hic qui hz exi
re in breui de via ad terminuz sufficit conscia pura.
Consecratio aũt epalis ẽ necessaria ad hoc vt sit mã
apta. qr cõiter in sacris cõsistẽtibus in vsu solus bap
tismus nõ reqrit mãm spãliter consecratã. qr christ9
tactu mũdissime carnis sue qñ voluit a Joanne ba/
ptizari totã aquã cõsecrauit: hoc est i vsuz istũ dedi
cauit. ¶ Qđ aũt sequit ministrata a sacerdote expri
mit ministrũ idoneũ. non solũ qui licite exerceat sz
qui solus sacrm ministret: ita q si alius attentaret ni
hil facit. sicut si non sacerdos attentet cõficere nihil
facit. Determinatio aũt huius ministri hẽtur p illud
Jac. 5. iducãt psbyteros. ¶ Que sequunt. verba de
bita et simul cũ intẽtione debita pferente. ptinẽt ad
formã huius sacri et simultatẽ eius cũ mã et intẽtiõe
ministri. Simultas et itẽtio exposita sunt satis supra
in mã de baptismo. forma aũt hec septuplex. ad. 7. vn
ctiones principales est. Per istã sanctã vnctionez et
suã piissimã misericordiã parcat tibi dñs quicqđ ma
rium lingue tactu vel hmõi vitio deliquisti. ¶ Ista
rõ posita cõpleta est: qr continet susceptiuũ qr hoiez
penitentẽ infirmũ. et hoc in ptibus determinatis pri
us expressis. et mãm remotã scilz oleũ cõsecratũ ab
epo. vel primã ipsam vnctionẽ factã cuz oleo. et hoc
septenariã pncipalẽ et duodenariã cõputãdo oẽs p/
tiales. Cõtinet ẽt formã qr certa verba. i. septẽ oro/
nes a sacerdote cũ. 7. vnctiõibus pricipalib9 pferen
das. Continet ẽt ministrũ: qr sacerdotẽ. Et hoc colli
git vt dictũ est Jac. 5. vngentes oleo sancto etc.

Ad primũ dr hoc sacrm fuisse institutũ a xpo: vt supra patuit di. 2. q. Di.2.q.1.
predictis. Jacob9 aũt non erat nisi pmulgator siue
pco h9 sacri a xpo instituti. ¶ Ad 2m dico q ẽ vnuz
sacrm vnitate integritatis sed non vnitate idiuisibi
litatis. sicut effect9 eius nõ ẽ vn9 idiuisibilr. qr non re E
missio vnius vẽialis. sed vn9 vnitate plenarie remis
sionis oiuz venialiũ vt oib9 remissis nihil remaneat
retardãs a pceptiõe btitudis. quaz nobis ↄcedat etc.

¶ Nunc ad considerationẽ sacre or diatiõis accedam9 etc. Di. XXIIII.

Circa istam 24am di. q̃/
ro vnã qõnẽ
tm. Utrũ in ecclia sint septez ordines
eo mõ quo ordo vel ordinatio põitur
sacrm: q nõ: qr tũc in ecclia eẽnt. 13es
sacra: qr pter sacrm ordinis sunt alia
sex. ¶ P. quilibet ordo hz caracterẽ sibi pprium. ergo
illis septẽ corrñderẽt septẽ caracteres: ↄñs ẽ falsũ: qr
aut illi eẽnt eiusdẽ spẽi: qđ est falsum qr plura accidẽ
tia eiusdẽ spẽi non pñt esse simul et semel in eodem
subiecto. ex. 5. meta. Aut alterius spẽi: et hoc vr incõ
ueniens: qr in spẽb9 est eẽntialis nobilitas maior et Tex. non ha
minor: non sic videret assignari posse essentialis ex/ bente cõ.
cellentia in istis caracteribus. ¶ P. in primitiua ec
clesia tñ vident fuisse duo ordines. s. sacerdotiuz et
diaconatus. siquidẽ in actib9 aplorũ non legimus ali
os fuisse ordines tũc in ecclia. g nec nunc sunt: qr ec
clesia post tẽpus aploz nulluz ordinẽ supaddit: qr in
isto sacro sicut et in aliis opz inuenire institutionem

eius a christo. ¶ p̄. Dionysius. 5. ecclesiastice hierar/
chie ponit tm̄ tres ordines scilz epatum: sacerdotiū
et diaconatū. ¶ p̄. Isidorus ethi^{ca} lib. 7. c. 12. ponit
epatum esse ordinē. sed nullus est istorum septem.
ergo sunt plures. ¶ Idez de epatu habetur in cano
ne di. 21. c. cleros. ¶ p̄. prima tonsura videt̄ sacrm:
et qr signum sacre rei et qr hñtes istam tonsuraz gau
dent priuilegio clericali: qd videt̄ pprium ordinatis.
¶ Oppositum magister in littera.

Circa qōnem hic sunt quattuor vi
dēda. ¶ Primo qd
sit ordo scd'm q loqmur de ordine. ¶ Scdo quot sūt
ordines in ecclia isto mō loquēdi. ¶ Tertio si ordo
S. bo^{re} ar. 2. p^{e} ptis pñ tis di. q. 2. — est sacrm. ¶ Quarto quō sunt vnū ¶ De primo dī
q sacrm ordinis est ptās spūalis ad aliquem actum
exequendū in ecclastica hierarchia et p cōns scd'm ordi
nem diuersitatis ad tales actus in ecclia essent ordi
Idē Bo^{re} l 2. pte huius di. ar. 2. q. 3. — nes distinguēdi. ¶ Cōtra ex ista descriptione sequi
tur q epatus sit ordo qd est cō eos: pz. n. q epatus ē
ptās ad aliquē actū in ecclia: vtpote ad actuz confir/
mandi et cōferendi ordines sacros: et non tm̄ ptās cō
grue exercēdi. sed simplr exercendi. qr non epa si at
tētet istos actus vt vr̄ nihil facit. ¶ Scdo sequit̄ q
sub ordine sacerdotali nō sit aliqs ordo in ecclia. qd
est cō oēs. pbatio cōntie: nā ptātē spūalē loquendo de
ptāte spūali simplr nō hz diaconus vel subdiacon⁹.
qr etsi aliqd cōgrue possit facere qd nō faceret con/
grue laicus: tñ si laicus attētaret illud facere: simplr
faceret. ¶ Tertio sequit̄ q sacerdotiū sint duo ordi
nes qr sacerdoti cōpetit duplex ptās spūalis. s. cōfici
endi eucharistiā: et absoluēdi penitentē: q̄ nō sūt vna
ptās: qr vna vr̄ prior fuisse altera: cū in cena contulit
deus primā: 2^{am} aūt nō nisi post resurrectionē Ioā.
20 ¶ Intelligēdū ḡ q vno mō accipit̄ ordo sicut eū
A — describit Aug. 19. de ciui. dei. c. 13. q ordo est reruz
pariū: dispariūqz vnicuiqz sua loca tribuēs congrua
dispositio. Isto mō accipimus cōiter ordinē cum di
cimus entiū in vniuerso eē ordinē: et ita loquit̄ Ar.
T. c. 52. — 12. meta. oia ordinata sunt aliqualr: et declarat quō.
Hoc mō ēt accipit̄ ordo l pollitie bñ dispositie: vbi
psonarū pariū et impariū in illa pollitia cōgrua dispoi/
tio dr̄ esse ordo illius pollitie a quo ipsa dr̄ esse ordi/
nata. Sed alio mō gradus preminens in tali pollitia
dr̄ ordo: et sic psona in gradu preeminēti dr̄ hēre or/
dinē sicut dr̄ hr̄e gradū qsi antbono^{ce}. qr qui sunt in
gradu inferiori nō dicunt̄ sic hr̄e gradū hoc mō in ec
clesia q̄ est pollitia ordinata cōgrue est ordo scd'm istaz
duplicē acceptionē. Nā scd'm p̄mā tota ecclia est ordi/
nata illa cōgrua dispōne pariū et impariū vniuscu/
iusqz in suo loco. ¶ 2° mō psona hñs gradū eminētē
in ecclia dicit̄ hēre ordinē: et lz hec duo signata ponāt
se mutuo: qr vbi est ordo p̄ modo l pollitia ibi ē gra/
dus eminēs: et ita ordo scdo mōtm̄ hoc signū et illud
non sunt idē: vt satis pz. Sicut ḡ loqmur de ordine
hic accipit̄ p scdo significato: non p p̄mo. ¶ Ulteri⁹
gradus eminēs in ecclia dr̄ in ordine ad actū eccla
sticū eminentē: non sic qdem q gradus sit ptās exe
quēdi actū illum: vt dixit prior opinio iprobata. sed
q grados sic disponēs de cōgruo vel simplr ad exe/
B — quendū vel debite illum actū: vt sic possit ordo vt h̄
loquimur de ordie dici gradus preeminēs in eccle/
sia disponens ad actū aliquē ecclasticū eminētē. Et
qr spāliter actus eminētes in ecclia sunt actus respi
cientis sacra ideo pōt spālius dici q est grad⁹ dispo
nens ad aliquē actū sacralem. ¶ Ex hac rōne quasi
gnāli posset inquiri spālior rō ordinis vt hic loqmur

de ordinē. sed in hoc est quedā cōtrouersia. Qui. n. — Ric. Thōs et Bona^{re} et cōmūiter alij theologi.
ponūt sacerdotiū esse simplr supremū ordinē negā/
do epatū esse ordinē ex quo sacerdotiū est grad⁹ dis
ponens ad eucharistiā cōsecrandā tanqz ad actū ex/
cellentiorē cōuenientē illi gradui: et tō oium ordinū
inferiorū vel gradoū dz accipi in ordine eorū ad istō
p̄mū diceret̄ q eēt cōgrua descriptio ordinis q ē gra
dus eminēs in ecclia disponens de cōgruo ad actuz
aliquē ad consecrationē vel dispēsationē eucharistie
ptinentē ¶ Alij dicentes epatū esse ordinez: qr sibi — Guiel. Altis/
cōpetit aliquis gradus in ecclesia q̄ non cōpetit sacer/ — siod. 4. pte
doti non restringunt rōnem ordinis: qr disponat ad — summe. c. j.
actū eminentē ptinentem ad eucharistiā: sed in gñe — huius sacri.
q sit gradus eminens in ecclia disponens ad actuz — Gotf. 4. pte
aliquem sacralez exequendū. Et isto modo ptās q̄ — sū. c. j. huius
addit epatus supra sacerdotiū respicit aliquē actum — materie.
sacralem. videlicet confirmare et ordines conferre:
qui actus sunt pprij episcopo.

De secūdo articlo̊ Innitētes dictis Dio
nysii et Isidori allegatis ad
primā ptem: et canoniste dicūt epatū eē pprie ordi/
nē: ad qd videt̄ eē rō: cū epo cōueniat q̄dā ptās spā/
lis inqztū eps: aut illa erit ordinis: et tunc ppositum:
aut iurisdictiōis: et tūc posset auferri p supiorē: qd vr̄
incōueniens: qr cōsecratio alia multo minor cōsecra
tione epi non pōt auferri qn semel cōsecratuz semp
maneat cōsecratū. pbat̄ extra de cōsecratione ecclie
vel altaris: aqua. in glo. ¶ Ista via posset duplr tene
ri: cōparādo epatū ad sacerdotiū: vno mō sic: q gra
dus pōt dici eminēs: vel pp vlitatem actuū quos re
C — spicit: vel pp nobilitatē actus quē respicit. ista distin
ctio pz in aliis pollitiis: vbi alicui cōpetūt plures ac/
tus et alicui pauciores. tñ nobilior pōt sibi cōpetere:
vt iudex pōt sniare q̄ est actus nobilior q̄ multi alij
q̄ cōueniunt psone iferiori: sz cui cōpetit vlitas ad ac
tus: ei cōpetit ēt actus nobilior: qr in vlitate actuuz
cōprehēdit̄ ille actus nobilior: et ex h̄ videret̄ q gra/
dus ille q̄ respicit vlitatē actuū sit simplr supior q̄ il
le q̄ respicit pcise actū nobilissimū: et sic diceret̄ epa
tus simplr supior ordo: qr hz ordinē ad oēs actus ec
clesiasticos. sacerdos nō ad oēs lz ad nobilissimuz.
¶ Et tūc arg^{m} cuiusdā doctoris cō istā cōne: qd ē: vn⁹ — Hoc idē th. di. pñti. arti. 3. qō. 2. post oppositum.
ordo nō depēdet ad aliū quātū ad necessitatē sacri.
sed si nō psbyter ordinaret̄ in epm nihil eēt factū cō
cludit magis oppositū. Nā quāto ordo epatus inti/
mius includit sacerdotiuz et alios gradus inferiores — Ric. di. pñti arti. 5. q. 2. l
tanto est simplr pfectior: qr eētialius respicit actus — sol. pncipali.
istorū inclusorū ¶ Tenēdo tñ istā cōclōnē. s. q epatus
esset pprie ordo et ali⁹ a sacerdotio. posset adhuc di
ci q nō esset nobilior. qr etsi includēdo sacerdotiuz
et epatū sit eminentia gradus: qr ad plures actus q̄
p alterū solū tñ illud qd pcise addit epatus supra sa
cerdotiū nō est ita excellens grad⁹ sicut sacerdotiū:
qr p illud qd sibi supaddit̄ nō cōueniūt sibi act⁹ ita
nobiles sicut cōueniūt sacerdoti p sacerdotiū. ¶ Nec
hērent isti p incōuenienti q impfectior ordo pfup/
ponat: et hoc neccio vt recipiat ordinē pfectiorem: qñ
impfectior addit aliquā vlitatē ad actus ecclasticos
quā nō includit ille qui est pfectior: sed tñ ordinem
ad actū pfectiorē. ¶ Alij cōdicūt cōni quam tenēt ille — Tho. di. pñti. et Ric. ea
due vie. qr negāt epatū eē ordinē pp̄e dcm̄: et iō nec — dē dis. ar. 4.
ordinē supiorē sacerdotio: vt dicit p^{a} via nec eo infe — q. 2. et 3.
riorē: vt dicit 2^{a}. nec dicit ibi caracterē iprimi: sz an — Ric. dis. 25.
sit delebilis a papa deponēte epm vel non delebilis — ar. 2. q. 3.
pp cōsecrationē cū qua cōfert̄ altercant̄ iter se. sz va
na videt̄ altercatio: negādo epatū eē ordinē: quecū

q₃ enim iurisdictio in ecclesia vel p superiorem suspē/
di pōt: ita q̄ si tp̄e suspēsionis attētet aliq̄d facere ni
hil facit: vel totalr p ol tp̄e tolli. ❡ Saltē q̄cq̄d sit de
ista cōtrouersia de ep̄atu act⁹ nobilissim⁹ i ecclīa sim
D pliciter est cōsecratio eucharistie: ⁊ ita sup̄m⁹ grad⁹
siue nobilissim⁹ pp nobilitatē actus ad quē disponit
ē sacerdotiū: ⁊ p ɔ̄ñs isto mō accipiēdo descriptionē
ordinis iuxta p̄ᵃᵐ descriptionē positā in p̄ articulo: ⁊
distinctionē ordinis in ecclīa tn̄ sunt septē ordines:
quoꝝ primus est gradus disponēs ad cōsecrationē
eucharistie: ⁊ est sacerdotium. Scd̄s gradus ē dispo
nens ad dispēsationē eucharistie saltē sanguinis: ⁊
ē diaconatus. Tertius est disponēs ad oblationem
mãe eucharistie cōsecrãde: ⁊ ē subdiaconat⁹. ❡ Et
p₃ rō q̄re tres isti gradus sacri dr̄ ordines: q₂ imme
diate disponūt ad actū aliquē vel ministeriū circa eu
charistiā: vel eius mã₃ exhibēdā. ❡ Ulterius aliqui
alij gradus disponūt ad actus aliquos remote se hn̄
tes ad eucharistiā. vel ergo ad cōuenientē dispositio
nē in pp̄lo ad orandū ⁊ suscipiendū vel remouendū
īpedimentū seu dispōnē incōuenientē₃. Primo mō
dispositio cōueniēs ptinēs ad effectū₃ est deuotio: ⁊
ad hāc deuotionē attēdit acolitus illuminãdo cere/
os. Alia dispō e st ptinens ad intellm̄. s. cognitio: ⁊ ad
E hāc agit lector. Remouere phibens est arcere indi/
gnos ne approximēt: vel q̄ si dignos hoīes. ⁊ h̄ ptinet
ad offm̄ hostiarij: vel demones: ⁊ hoc ptinet ad offi/
cium exorciste. ❡ Ex dictis apparet q̄ nō est pro/
prius actus diaconi legere euangeliū: ⁊ subdiaconi
ep̄lam: sed isti sunt remoti ⁊ minus pfecti act⁹ eoꝝ:
pfectissimi aūt ⁊ pprij illorum ordinū₃ sunt quos h₃
vnus immediate circa eucharistiam dispensandã₃:
alius circa materiā eius offerendā.

De tertio articulo dico q̄ loquēdo pp̄e
de sacro ordo nō ē sacr̄₃: q₂ oē
F sacr̄m ē signū sensibile: ⁊ ordo (vt dcm̄ est) q̄dā gra/
dus est spūalis. tn̄ accipiendo sacr̄m pro signo inuisi
a.l.gratie. bili sicut aliquid dr̄ res ⁊ sacr̄₃: hoc mō pōt dici sacra
mentū: q₂ signū ɔuenientis gradus execuꝯoni act⁹
debiti illi gradui: ⁊ ēt signū illius act⁹ ɔueniētis tali
gradui. ❡ Quid g̊ est 7ᵐ sacr̄um? dico q̄ ordinatio
cuius descriptio pōt esse ista. Ordinatio est īstitutio
G alicuiu₃ in gradu eccl̄ie preeminēte cui ɔuenit aliq̄d
ministeriū circa eucharistiā exhibendū facta a mini
stro idoneo certa v̄ba pferēte. ⁊ simul cū intēn̄oē de
bita ministeriū gradus illius aliquo signo visibili re/
pñtans ex instōne diuina efficaciter signãs grām p̄/
eminētē qua ordinatus digne aliq̄d ministeriū exe/
quat̄. Et sm̄ vlem istā rōnē ordinationis pñt propor
tionaliter accipi rōnes spãles ordinū₃. puta ordina
tionis in sacerdotē. institutio in gradu eccl̄ie simplr̄
preeminētē disponens hn̄tem ad ɔficiendū euchari
stie sacr̄m facta ab ep̄o certa verba cū intēn̄oē debi
ta pferēte. ❡ Et si circa pticulas hmōi descriptionis
pticularis queras q̄s ē minister idoneus? ❡ R̄ᵒ di/
co q̄ ep̄s ⁊ solus in sacris ordinibus: in alijs aūt non
sacris aliq̄n ex cōmissione aliqui p̄uilegiati vt abba
tes. ❡ Si queras que verba vel que forma? ❡ R̄ᵒ.
illa quā ep̄i hn̄t in suis libris ep̄alib⁹. Sed in sacer/
H dotio videt̄ pbabile q̄ ibi sint due forme ptiales in
quaꝝ altera ɔfert̄ ptās ɔficiendi eucharistiã₃. in reli
qua ptās absoluendi in pnīa. Et istis coniūgunt̄ due
mãe hoc est duo signa visibilia propria. forme p̄ᵉ tra
ditio calicis ⁊ patene cū hostijs accipe ptãtem cele/
brandi ⁊c̄. Scd̄e forme impositio manus ep̄i sup ca/
put: accipe sp̄m scm̄: vt sic ep̄s cōcorditer agat summo

ep̄o xp̄o: qui vt dictū est prius ɔtulit ptãtem ap̄lis tã
cōficiendi q̄₃ absoluēdi. ❡ Ex hoc ēt p₃ q̄uō sunt sep a.l.ordines
tem ordines qui sunt instōnes in ordinib⁹: ⁊ illi sep a.l.que.
tem dr̄ cōtineri sub sacro ordinis vel magis pprie
sub sacro ordinationis inquantū est vnū sacr̄m.

Sed nūc de 4ᵒ qualiter est sacr̄m ordinis
vnū? ❡ R̄ñdeo vnitate gn̄is p/ I
pinqui: sicut virtutes morales dr̄ esse tres sm̄ ge/ a.l.
nus: iustitia: fortitudo: tēperãtia: ⁊ in p̄ma diuisione occurrunt.
virtutis moralis h̄ primo cōcurrunt: tn̄ in spãli que/ Dist. 36. q̄d
libet istaꝝ vlterius diuidit̄ vt dictū est lib. 3. Est etiã vnica.
alia vnitas inter ordines. cōgruum est. n. prius reci/
pere ordinē inferiorē q̄₃ supiorem: nec tn̄ ille ordo ē
simplr̄ necc̄ius: ita q̄ si p̄termittat̄ nihil fit: vt appar₃
extra de clerico p saltum pmoto. vbi habet̄ q̄ nō est c. vnico.
iterandū q̄d est factum: sed q̄d fuit p̄termissum cau
te est supplendū: ⁊ per ɔ̄ñs non nihil fit in collatione
ordinis superioris: ⁊ si non fuerit ordo inferior pri⁹
collatus. ista tn̄ vnitas ordinis non est illa pp quam
ordo vel ordinatio est vnum sacramentū. sed magis
vnitas prior scilicet generis.

Ad argumenta. ❡ Ad p̄mu₃ di
co q̄ in diuisio
ne illa p̄maria sacri in. 7. ordo vel magis ordinatio
est ibi tn̄ vnū mēbrū: l₃ possit vlterius diuidi in q̄dã
spãlia ɔtēta sub ipso: q₂ illa p̄ma diuisio nō ē in spēs
spãlissimas sed in quedã ppinquius cōtenta sub ip/
so. ❡ Ad 2ᵐ ɔcedo plures esse caracteres ⁊ pbabi/
lius q̄ alterius spēi: vt apparet ex actib⁹ ad quos isti
grad⁹ disponūt: q̄ gradus vel sunt caracter. vel hn̄t p
prios caracteres necio corridentes. Cum arguitur
de illa excellentia specifica pōt cōcedi q̄ eo mō quo
caracteres sunt entia habēt talem excellētiã: si etia₃
ponerent̄ eiusdē spēi illa iprobatio q̄ tunc nō essent
simul non cōcluderet. illa enim ppositio non ē vera K
de relonibus ēt realibus: ⁊ sicut dictū est supra di. 9.
q. 10. caracterē non oportet ponere formã absoluta₃.
❡ Ad 3ᵐ dico: q̄ in primitiua ecclesia erant pauci
credētes. ⁊ ideo pauci ministri sufficiebant ad dispē
sandum eis eucharistiã: ⁊ ideo non oportuit tūc mi/
nistros in singulis gradibus institui. post aūt multi/
plicata est fides: ⁊ ēt concomitabatur deuotio ad cō
municandū quotidie: ⁊ tunc fuit necessitas habendi
multos ministros ad singula ministeria ad euchari/
stiam ptinentia: ⁊ ideo tunc eccl̄ia multos ministros
in singulis gradibus instituit. Nec tn̄ tunc de nouo
īstituti sunt illi ordines. imo magister in l̄ra dicit q̄
christus actus singuloꝝ ordinum in seipso exercuit:
⁊ ēt q̄ antiq̄tus prefigurabant̄ in q̄busdã₃ gradibus
corridentibus eis in lege mosayca. sed ordines ab
antiquo instituti tūc q̄n multiplicatus est nūerus fi
delium collati sunt ministris quos prius non opor/
tuit cōferri alicui: q₂ nō fuit prius necessariū eius mi
nisteriū. Hec est ēt rō quare mō in ecclesia nō sunt ī
singulis ordinibus determinati ministri: q₂ etsi mō
est multiplicata multitudo fideliū: tn̄ est īmutata le/ a.l.diminuta
titia deuotiōis. vnde multi semel vix in anno volūt
cōicari: ⁊ ideo circa eucharistiã dispensandam non
oportet mō tot ministros assistere. Et pp hoc quattu
or ordines non sacri simul conferunt̄. ita q̄ nullus ē
deputatus ad ministrandū in gradu inferiori quasi
ille sit sibi pprius: ⁊ alius alij. ❡ Ad Aliud Dionisij
Isidori ⁊ canonis p₃ ex dictis in 2ᵒ articulo. Qui. n.
negant ep̄atū esse ordinē exponunt eos accipere sa/
cramētū p sacramētali. ❡ Ad vltimū nego p̄mã con
sequentiam esse ordinē. ⁊ cum dicis est signum sacre rei. L

Rñdeo non est signū p̄cticū efficax rei sacr̄alis idest gratie: q̄uo intelligēdū est sacr̄m esse signū rei sacre: vt dictū est di. j. Qđ additur ibi de priuilegio clericali: non valet: q̄ laici cōuersi in religionē gaudent priuilegio clericali. ⁊ potuit legislator illud priuilegiū dedisse principi vel alicui simpliciter laico. falsa est igitur illa propositio q̄ illud priuilegium est proprium ordinato.

¶ Solet ēt queri ⁊c. Dist. XXV.

Circa hanc dist. 25ᵃᵐ q̄ro de suscipiente ordines duas q̄ones. Prima ē: vtrū pena canōica ipediat a susceptione ⁊ collatione ordinū: q̄ nō. excōicatus vel irregularis si attētet conficere: cōficit. ergo a sili ep̄s excōicatus vel irregularis si attētet ordinare: ⁊ facere qđ facit ecclia ordinat. ⁊ iste qui suscipit si intēdit ordinari ordinat. ɔ̄ntia pʒ p locū a sili: q̄ simile vr̄ hincinde. ⁊ ēt p locū a minori: q̄ qđ non impedit executionē actus nobilioris non vr̄ impedire executionem actus minus nobilis. ¶ P̄. irregularis non excludit a pceptione aliorū sacr̄orū. quin si intendat recipe recipit. nec ergo istius. ɔ̄ntia pʒ a sili: añs pʒ. q̄ irregularis pōt accipe sacr̄m pnie. Alioquin precludit sibi salus. ¶ P̄. nulla pena canonica magis excludit ab aliquo gradu vel actu ecclīastico q̄ʒ heresis: sʒ h'sis nō excludit. vt hr̄. j. q. j. qđ q̄dē. ¶ Oppᵐ. j. q. j. de cetero. ⁊ c. prio symoniacoʒ oīno dānamus. ⁊ post talē susceptionē vel collatione irritam decreuimus. Et c. si qui. qui scienter se a symoniacis cōsecrari: imo execrari pmiserint: eorūq̄ consecrationē oīno irritam decreuimus. ¶ P̄. ecclia pōt dare ptātem cōferendi ordines: vt pʒ: q̄ cōsecrandi ep̄m: ergo pōt auferre. ergo aliā penā canonicaʒ pōt infligere ep̄o pp quā nō possit ɔferre ordines. ¶ P̄. ecclīa illegitimat psonas ad ɔ̄hendū matrimoniuʒ: ita q̄ si attētāt nihil faciūt: ergo multo magis pōt reddere ep̄m illegitimū ad actū spūalem: ita q̄ si attentet nihil facit. ɔ̄ntia pbat: q̄ magis videnr̄ subesse ecclīe illa que sunt de iure positiuo q̄ʒ que sunt de iure nāli ⁊ diuino. sed quecunq̄ ordinatio ecclīe per istas dignitates ep̄atus ⁊ hmōi videt̄ ptinere ad ius positiuū ecclīe: saltem a deo non videt̄ esse de lege natura ⁊ diuina sicut matrimonium.

In ista q̄one p̄mo est vidēdū de penis canonicis de q̄bus querit q̄o. Scđo qualr̄ excludāt ab ordinis collatiōe
A vel susceptione. ¶ Circa p̄ᵐ pena canonica vt itelligimus in pposito est pena isticta p canones phibēs vel arcēs punitū ab aliquo gradu ecclīastico q̄ alias sibi liceret. Hoc vltimū addit̄: q̄ si alias nō liceret sibi nō est pena: q̄ non est pena laico q̄ non possit cōficere: q̄ hoc alias sibi non cōpetit: sed sacerdoti ordinato pena esset. Dixi aūt s̄m canones: q̄ siue a canone infligat̄ siue a iudice: nō a canone tñ ad hoc vt sit iusta dʒ s̄m canones infligi. Dixi aūt phibens vel arcens: q̄ pena de qua loq̄mur vel intelligit̄ artare tanq̄ʒ phibito tm̄. vel si aliquo mō vlterius de quo dicet̄ in 2° arti. iste modus cōtinetur sub arcere vel artare. ¶ In spāli septē sunt hmōi pene canonice: videlicet depositio: degradatio: īfamia: irregularitas: excōicatio: interdictū: suspensio. De istis ⁊ p ordineʒ dicendū est ⁊ singulis in se: ⁊ qualiter incurrunt̄ ⁊ q̄
B li remedio remittunt̄: ⁊ cōparando eas adinuicē sʒ grauitatē ⁊ pmanentiā. ¶ Prima. s. depositio ē maxima: q̄ totalis amotio a statu clericali: ⁊ si degradatio sit amotio ab oī gradu clericali: tunc idē est depositio ⁊ degradatio. si aūt degradatio sit depositio tm̄ a determinato gradu. reseruato tñ gradu alio sicut a sacerdotij gradu remanet gradus clericalis: tunc degradatio ē quedā partialis pena respectu depōnis. ¶ Sed q̄uo deposit' amouet̄ a statu ⁊ gradu clericali. ¶ Rñdeo: nō q̄ caracter ordinis sibi tollat̄: nec p ɔ̄ñs ordines suscepti: sed tollit̄ licentia exercendi actū cuiuscūq̄ ordinis. ⁊ ēt priuilegiū illud qđ cōpetit ordiatis: vñ talis tradit̄ curie seculari ita q̄ ⁊ quātum ad actus ecclīasticos ⁊ tutelam psonaʒ ecclīasticorum ⁊ quātū ad forum totaliter excludit̄ de numero psonarū ecclesiasticarū. ¶ Ista pena qualiter infligit̄: ¶ Rñdeo nunq̄ a iure: sed precise infligēda est a iudice. Forma aūt s̄m quā infligenda ē habetur extra de penis: degradatio est hodie in. 6. lib. Cause aūt pp quas infligēda est sunt peccata enormia: vtpote heresis scisma: reuelatio ɔfessionis. De p̄ extra de hereticis: ad abolēdā. De 2° extra de scismaticis: ad scindendos in. 6. lib. De 3° extra de peniten. ⁊ remis. oīs vtriusq̄ sexus. ¶ Qualiter remittit̄ ista pena: ¶ Rñdeo non nisi p restitutionē in integrū ab eo qui pōt restituere qui ponit̄ solus papa. q̄ʒuis legitime depositus non legat̄ postea restitutus. ¶ Scđa pena est infamia que est status lese dignita
tis: quātū ad vitā ⁊ mores: sicut fama est status illese dignitatis quātū ad vitaʒ ⁊ mores. Hec aūt lesio diuersimode incurrit̄. Ubi sciendū q̄ nō est idē esse infamē ⁊ infamatū. Infamatus est q̄ de crimine aliquo publice accusat̄. Infamis aūt non est pp talem impōnem criminis: sed vel p crimē publicū publice cōmissum. vt forte si publice piurauit vel qđcūq̄ aliud crimē publice cōmisit pp qđ ius determinat aliquē fore īfamē: vel q̄ a iudice corā quo pbat̄ crimē eius indicat̄ infamis: ita q̄ oīs infamis est publice notatus de crimine qđ ius punit pena infamie: sʒ qñ. qʒ non est in iudicio de hoc cōuictus: ⁊ tunc est infamis tm̄ a iure ⁊ non a iudice. qñqʒ conuictus: ⁊ tali pena a iudice punitus: ⁊ tunc est vtroqʒ mō īfamis: ⁊ a iure ⁊ a iudice. ¶ Ex istis pʒ 2ᵐ qualiter īfamia ɔ̄hat̄. p̄ma. n. infamia ɔ̄hitur ex impōne criminis īfamatorij. Scđa incurrit̄ a iure vel iudice puniente tale crimen tali pena. ¶ Sed que est cā ppter quā incurritur infamia 2° mō: ¶ Rñdeo. 6. q. j. infames. Oēs infames esse dicimus quos leges seculi infames appellant: q̄ ille leges seculares punientes crimē infamie sunt canonice. ⁊ ille leges hn̄tur. ff. de his q̄ notant̄ infamia. p totuʒ. ¶ Qđ remediū ɔ̄ istā penā: ¶ Rñdeo ɔ̄ infamiā primo mō qñ aliq̄s est infamatus est purgatio canonica. vt hētur extra de purgatione canonica. ex tuaʒ. Illa. n. purgatio totaliter tollit illā infamiā vel infamationē. Cōtra infamiā 2° vel 3° mō q̄ quasi est eadē lʒ a diuersis iure ⁊ iudice non est remediū nisi restitutio in itegrū ab eo qui pōt sic restituere. extra đ testib'. testimoniū in glo. arcetur. ¶ Ista pena est simplr̄ grauior q̄tū ad vitā ciuilem q̄ʒ depositio nisi depositio includat istā: q̄ hec prohibet ab omni actu legitimo ēt post actā pniam: q̄ talis psona vilis est. extra de reg. iuris. infamib' porte In.6.
dignitatis patere non debēt. ¶ Tertia pena est irre
gularitas: ⁊ ista est inhabilitas ad susceptionē ⁊ exe D
cutionē actuū ordinū. Ista incurrit̄ frequēter a iure q̄ʒuis posset aliq̄n infligi a iudice s̄m iura: icurrit̄ āt a iure ex quibusdā criminib': ⁊ ex quibusdā non criminibus: ⁊ ex q̄busdā que q̄nqʒ prīt esse crimina: qñ

q3 non crimina. ¶ Ex criminib⁹ q̄tuor ptinētibus
ad ordines vel actus eoꝝ: quoꝝ vnū est symonia. ali
ud furtū in ordine. 3ᵐ ministeriū in ordine nō susce
pto. 4ᵐ cōtumacia in nō seruādo penas ecclesiasticas.
¶ Symonia vel pōt eē in ordine vel in bñficio: q̄ si
in ordine ⁊ sciēter ita. s. q̄ ordinat⁹ sciat se symonia/
ce ordinari solus papa dispēsat extra de symonia. no
bis. ⁊. i. q. i. vt argutū est ad oppositū. Ex quo. n. legis
lator ꝯsecratione eoꝝ oīno nō irritat sibi soli ꝯuenit
relaxare. si aūt est ignorā ignorātia inuincibili: vtpo/
te alius de q̄ penitus nescit p̄ciū dedit vt ordinaret
nō efficit irregularis: nisi postq̄ ꝯstiterit sibi exequa
tur actū ordinis sic suscepti: vñ postq̄ sibi constat de
ordine sic suscepto suspēsus ē ab actu illius ordinis
quousq̄ a tali suspēsione liberet. ¶ Symoniac⁹ aūt
i bñficio nō sic grauiter punit tñ ex quo sibi cōstat q̄
symoniace illud obtinuit tenet resignare: ⁊ toto tpe
quo t3 iniuste tenet ⁊ tenet ad restitutione3 olum q̄
pcepit. hec pbant de symōia i diuersis caplis. ¶ De
E furto in ordine distīguo q2 aut ꝑ bibet p excōicatio/
nem ne q̄s accedat nisi de illo epāus ⁊ pus legitime
examinatus ⁊ receptus: aut non est talis excōicatio
vel pbibitio. in vtroq3 casu furtiue se ingerēs ē irre
gularis: sed in pmo indispensabilit nisi p papa3. in 2°
dispensabilr p epm: pbat extra de eo qui furtiue or/
dines suscepit. in p̄. c. ⁊. 2. in tex. ⁊ in glo. ¶ De 3° cri
mine q̄ ad ipm sequat irregularitas: habet extra de
clerico nō ordinato ministrāte. p totū. ¶ De 4° ha/
bet extra de clerico excōicato vel deposito ministrā
te. p totū. Et hoc intellige maiori excōicatione. q2 vt
habet ibidē. c. si ce. l3 in minori excōicatiōe celebrās
grauiter peccat: nullius tñ irregularitatis notā incur
rit. Intellige ēt postq3 sciuit se esse excōicatū. si. n. hē
ret ignorantiā inuincibilē non tenet cauere ab acti/
bus ordinū nec exercēdo illos incurrit irregularita
tē. vt habet ibide3 extra aplice: in glo. vtpote si q̄s ex
cōicauit aliquem p l'ras ⁊ a tpe sigillatiōis l're voluit eū
statim esse excōicatū. ille non tenet se hēre pro excōi
cato quousq3 l'ra ad eū puenerit. Si aūt nō sit ignorā
tia inuincibilis nec oīmoda incertitudo. vt p famas
vel rumore3 publicū deuenerit ad eū pena de excōi
catione irregularis est. l3 cū eo mitius agat. Probat
extra de trāslatione epoꝝ inter corporalia. Sic etia3
si non seruet pena interdicti. vt habet extra de exces
sibus plātoꝝ ⁊ subditoru3. tanto. Tñ illud caplm bñ
Jn.6. posset exponi. ¶ Sequit ēt non seruātē suspēsionē:
vt habet extra de snia ⁊re. iudi. cū eterni. ⁊ extra de
snia excōicatio. cū medicinalis. ¶ Sequit ēt irregu/
laritas tria nō crimina: vtpote seruitutē di. 54. vt ex
tra de seruis non ordinādis p totū. ratio aūt: q2 ser/
uus est possessio dñi ⁊ ideo non d3 ab eo auferri ipso
inuito. Qñ aūt ordinat sit inhabilis ad quosdā actus
seruiles: q2 si de facto fuit ordinatus dño inscio nec
de nouo cōsentiente d3 sibi reddi: tñ dñs non d3 eū
actib⁹ dedecētib⁹ ordinē suū applicare: sed d3 serui/
re dño suo i actib⁹ decētibus statū suū. ¶ Sequit ēt
illegitimatū extra de filiis psbr. non ordinādis. c. i. ⁊
2. ⁊ ratio: q2 p̄sumunt imitatores p̄nē incōtinētie.
tales p̄sumunt ēt male morigerati: q2 male educa/
ti. tñ cū eis satis faciliter dispensat. vñ Bñdictus vn
decimus cū quodā tali sine dispēsatione ordinato ⁊
in ordinibus ministrāte postea facil'r dispensauit si/
cut ipse vidi bullā dispēsationis. ¶ Sequit etiā 3ᵐ
non crimē. s. turpē vel enormē mutilationē vel infir
mitatē: vt habet extra de corpe vitiatis nō ordinan/
dis. Exposuisti. ⁊. 55. di. Si euangelica ⁊ p̄cedenti. ⁊

extra de clerico debilitato q̄ si non sit mutilatio de
formis: nec ipse fuerit in culpa illius mutilatiōis nō
excludit vt habet di. 55. si q̄s a medicis ⁊ duobus c.
sequentibus. Si aūt fuerit in culpa vt si seipm muti/
lauerit vt ibidē habet: si q̄s abscideris: cū tali vix dis/
penset. Vñ Nicolaus quartus cū difficultate magna
dispēsauit cū quodā tali q̄uis religioso. ¶ Consilr ē
dicendū de infirmitate enormi vel nō enormi. ¶ Se
quunt ēt duo que qñq3 pnt esse cu3 culpa: qñq3 sine
culpa: videl3 homicidiu3 ⁊ bigamia. sub homicidio
continet mutilatio actiua enormis alterius hōis: ⁊
de ista mā habet extra de homicidio volūtario ⁊ in
uolūtario. ⁊. 55. dis. c. vltimo. 50. di miror. ⁊ h̄ est pp
horrorē sanguinis effusi. vñ ēt Dauid nō pmisit deus
edificare domum noī suo multo sanguine effuso. 2.
Reg. 7. sed de h̄ distingue de volūtario ⁊ inuolūta/
rio. voluntariū nunq̄ delet nisi p baptismū. ⁊ tūc est
rō cōgrua: q2 delet rō. q2 nō amplius habet horrori
iam nouus hō factus p baptismū. Si aūt simplr ē in
uoluntariū vtpote alius irruit in gladiū istius in nul
lo nocet. di. 58. Si aūt inuoluntariū s̄m q̄d: vtpote
non potuit euadere mortē nisi occideret. irregularis
est: ibidē di. 58. de his. sed facilis est dispēsatio. si aūt
est casuale ⁊ dedit operā rei licite. ⁊ adhibuit debitā
diligentiā nullā penā incurrit: altera illarū conditio
num p̄termissa incurrit penam. ¶ De bigamia que dist. 33.
simplr inducit irregularitatē vt dicet inferius in mā
de matrimonio: habet extra de bigamis. ¶ Quarta
pena est excōicatio de qua quid sit dictū est di. 19. 5. F
articulo solonis. ⁊ hoc de excōicatione maiori que ē
simplr excōicatio: minor siqdem non est excōicatio
nisi s̄m quid: q2 s̄m q̄d excludit a cōione fideliū pu/
ta in sacris. ¶ Vñ ēt incurrit p3: q2 qñq3 a iure: qñq3
a iudice. Et quide3 a iure qñq3 erat possibile dicere
numerū: immo erat puus nūerus q̄i fuerūt decreta
les cōpilate sub Greg. 9. sed hodie q̄s nūerare suffi/
ciat: ⁊ cū crescāt in infinitū crescentibus morib⁹ ca/ a.l. morib⁹.
pitū: nō op3 circa hoc mēbranas iplere. h̄ tñ dico q̄d
nec a iure nec a iudice debet infligi nisi pro peccato
mortali nec pro quocūq3 sed graui cū quo ēt conco/
mitat contumacia: q2 q̄diu aliq̄s est paratus satisfa
cere p culpa ⁊ audit ecclīam: quare hñdus est sicut
ethnicus ⁊ publ'canus. cū s̄m christu3 pena ista infli
gat quasi vltima illi qui non vult audire eccl'ia3: qui
est finaliter ꝯtumax. q̄s aūt sit minister iuris inferen
do hanc penā: dictū est supra dist. 19. vbi prius. q2 ad
simplr excōicandu3 nullus est nisi cui subsunt oēs fi
deles. g̃ nec aliq̄s alius nisi vt cōmissarius aucte illi
us. ¶ Qualiter relaxat: ¶ Rñdeo q̄ p absolutionē
factam ab illo qui excōicauit si est excōicatio a iudi/
ce vel a supiore eius. Si aūt est a iure per absolōne3
eius qui ius condidit: nec hoc solū vt dicūt multi. s3
p absolōnē cuiuscūq3 sacerdotis q̄i legislator nō re/ Ric. 18. dist.
seruauit sibi istā absolōnē: ⁊ pbāt per caplm extra d huius art. 9.
snia excōicationis. nup sed illa pbatio parum cogit: q p̄° ⁊. 3°. ⁊
q2 non sequit. ille non reseruat. g̃ cōcessit loquendo Tho. ibide3
de forma ꝯstitie etiam s̄m iura: q2 posse absoluere ca arti. 2. q. 5. ⁊
dit sub illa regula. Qd non est ꝯcessum videt esse p bona. ⁊c.
hibitum: q2 non cōpetit alicui absoluere a snia com/ De trāslatio
missa a supiore nisi sit sibi cōcessum. ¶ Cōparando ne epoꝝ īter
aūt istā penam ad p̄cedente3 hec simplr est grauior corporalia.
quantū ad intentionem q2 excludit ab omni cōione
alias licita: illa tñ ab his que ptinēt ad ordines: sed
ista reputat leuior: q2 facilius remittit: sed hoc ē ad
oppositū. Ista enī ideo facilius remittit. q2 grauissi/
ma ē ⁊ a pluribus excludit. Ille aūt due pene. s. irre/

galaritatis ⁊ excõicationis pñt eẽ ⁊ publice. ⁊ p̃uate:
⁊ quo ad hoc ꝙ pñt esse priuate sunt minus graues
q̃ alterutra precedẽtiũ: que due semꝑ sunt publice.
¶ Quinta pena est interdictum que est artatio a qui
b busdam actib⁹ ecclesiasticis exercẽdis: vel ab assisten/
do q̃busdã talibus. Et lz ista pena aliqñ possit infligi
loco ⁊ nõ ꝑsone: q̃nqꝫ ꝑsone ⁊ non loco: q̃nqꝫ vtriqꝫ
⁊ sicut infligit ita est seruãda. tñ vt est distincta pena
a ceteris frequẽtius infligit loco ⁊ nõ ꝑsonis: nisi dũ
i loco sunt vt. s. i tali loco nõ liceat celebrare solẽnit
diua nec alios interesse. Et ista pena interdicti q̃nqꝫ
õbitur a iure. q̃nqꝫ a iudice. a iure occurrit exẽplum
de receptãtibus vsurarios extraneos extra de vsura
riis. vsurarũ voraginez. ⁊ est hodie in. 6. lib. a iudice
ꝓpter cãs innumeras. cõius ꝓpter inobedientiã cõ
munẽ ppl'i terre: relaxat per illuz qui posuit interdi/
ctum. q̃nqꝫ ẽt relaxat in certis casib⁹ a iure: vt patet
extra de sen. ex. alma mater ecclia: ⁊ ẽ hodie in. 6. li.
¶ Sexta pena est suspensio que est ꝓhibitio ab aliq̃
d olias õueniente: ⁊ hoc ad tps in hoc distiguit ista pe
na spãliter õ alias. hec aũt est multiplex: qꝛ quedã est
suspensio ab officio: quedã a bñficio: quedã ab ingres
su ecclesie ⁊ vltra q̃nqꝫ incurrit ipso iure: vt habetur
extra de sen. ⁊ re iudi. cũ eterni. ⁊ extra de sen. excõi.
cũ medicinalis. ⁊ ẽt in suscipiendo ordines ab epo
qui renunciat loco ⁊ dignitati tali. qꝛ q̃ executionez
non hꝫ executionẽ non õfert: ⁊ ita si ordinẽ cõfert su
scipiens tñ executionẽ non hꝫ: ideo est suspensus de
hoc. j. q. 7. daibertũ. ⁊ extra de ordinã. ab epi. qui re
nũ. c. j. in glo. sili' de ordinato scienter symoniace: vt
dictũ est. s. frequenter aũt infligit a iudice nunc illa
nũc ista. Tollit aũt p relaxationẽ factã talis suspẽsio
nis ab eo qui eam tulit. vel a superiori eius.

De secũdo articulo ꝑncipali certũ ẽ de
q̃nqꝫ penis vltimis ꝙ nõ ꝓ
hibent a collatione vel susceptiõe ordinũ de facto vt
3. ꝓbat per Aug^m. j. q. j. ꝙ quidã. ⁊ est rõ. qꝛ cũ illis pe
nis põt stare ⁊ rõ ministri ⁊ suscipiẽtis ⁊ itẽtio ⁊ alia
necia hincinde: de iure aũt ꝓhibent ita ꝙ illicite at/
tentet õriũ: tñ si attentat hoc fit qd intẽdit. rõ aũt isti
us negationis est: qꝛ ecclie collata est ptãs ordinãdi
sibi ministros. vt colligi pt ex illo verbo pauli ad thi/
prime. 3. b. mo. vbi describit quales debent diaconi ordinari.
¶ De pma aũt pena. s. degradatiõe maxime fiat cir/
ca epm dubiũ est vtrũ excludat conferre ordines de
facto. sed p ⁊ õ habet. q. ꝑcedente articulo 2°.

Ad argumenta. ¶ Ad primũ cõ
cedi põt quãtus
ad q̃nqꝫ penas primas. sed si teneat quãtũ ad sextaz
penã ꝙ epo deposit⁹ simplr nõ ẽ eps. tũc quo ad illũ
casuz negãda ẽ silitudo in õñtis. qꝛ caracter sacerdo
tiũ tolli nõ põt. nec p õñs sacerdotiũ sic epat⁹. ¶ Ad
aliud nõ sufficit intẽtio nisi sit minister idoneus q̃lis
nõ ẽ depositus ẽm illã opinionẽ. ¶ Ad 3^m nõ ẽ sile:
qꝛ pnia est sacrum gñale. ⁊ iõ ob illo nullus excludit
nec de facto: nec de iure. alia sacra q̃ includũt aliq̃d
excellẽtie hñ pñt alicui negari pp delictũ hoc exigẽs.
¶ Ad illud de heresi verẽ ẽ ꝙ nõ excludit de facto.
sed de iure excludit si talis ẽt nõ sit cõdemnatus. Si
vero sit ꝑcisus ⁊ cõdẽnatus ab ecclia non õfert ordi/
nes si epatus nõ sit ordo ⁊ possit simplr auferri: sicut
hẽrent videre illi q̃ tenent epatum eẽ non ordinẽ. sꝫ
quandam dignitatem additã sup ordines que ad iu
risdictionem magis spectat.

Ad argumẽta in oppositũ. ¶ Ad p̃
mũ cõcedo ꝙ symo
niaci ordinatio est irrita quãtũ ad executionẽ. tñ or/
dinẽ recipit. ⁊ ideo nõ indiget nisi vt eius suspensio
relaxetur. ¶ Ad 2^m õñtia non tꝫ. qꝛ ministro ecclie
datũ est vt sit minister in õferendo nõ in auferẽdo.
¶ Ad 3^m tanget inferius quõ ecclia põt ꝑsonas ille/
gitimare: ⁊ sic ihabilitare ne sint idonee ad õhendũ
matrimoniũ: sed hic ex quo collatus est caracter nõ
est silis ptãs ad auferendũ illis. Et cũ arguit ꝙ est il/
lud magis ẽm legẽ nãe q̃ istud: verũ est vt matrimo
niũ õctũ sit ratũ: sed nõ vt quecunqꝫ ꝑsone nullo ob
stante ipedimento possint illud matrimoniũ õhere.
magis. n. est de lege nãe: ꝙ deus illud qd imprimit
nãe qd nõ repugnat petõ nec formalr nec tanq̃ cãe
demeritorie ꝑpetuo remaneat in aĩa q̃ ꝙ q̃cunqꝫ ⁊
quecũqꝫ sint habiles ad õhendum matrimoniũ. Et
ideo inhabilitatio aliqua ꝑsonarũ ad istum actũ non
est ita contra legem nature: sicut caracterẽ alicui im
pressum deleri. Questio. II.

Secundo quero an sex⁹ mu
liebris aut etas pu
erilis ipediat susceptõez ordinũ: Qꝛ nõ.
Gal. 3. In xpo iesu nõ est seruus neqꝫ li/
ber: nõ est femina nec ẽ masculus. g̃ nul/
la dñia est inter feminã ⁊ masculũ in lege christi: sic
nec circa seruũ ⁊ liberũ: g̃ illud sacrm legis euangeli
ce qd põt masculus recipe: ⁊ femĩa: sicut seruus ⁊ li/
ber. ¶ P̃. 32. di. presbyter. sit mẽtio de presbytera. ⁊
27. q. j. diaconissam nõ debere ordinari. an. 40. an/
nos. ¶ De etate ẽt puerili arguit: qꝛ nõ ꝓhibet alio/
rum sacroꝝ susceptionẽ vt baptismi ⁊ cõfirmationis
⁊ vĩ potissime ad ꝓpositũ eẽ de õfirmatione: qꝛ illõ
sacrm dat ad digne õñtẽdũ fidẽ christi: iste actus nõ
põt cõpetere nisi adulto: sicut nec actus ordinatiõis.
ergo ⁊c̃. ¶ Oppositũ. 23. di. sacratas deo feminas vĩ
monachas sacra vasa vel sacratas pallas contingere:
incensum circa altare ferre perlatum est ad aplicaz
sedem que oĩa reprehensione ⁊ vituperatiõe plena
esse nulli recte sapienti dubiũ ẽ. omne ministerium
mulieris vituperio plenũ est. ¶ P̃. j. Cor. j. turpe est
mulieri tondi. ergo ⁊ ordinem recipere: qꝛ tonsura xj.
concomitat ordinem aliquem vt signum signatum.
¶ P̃. de vita ⁊ hone. cle. siquis. ⁊ di. 23. vbi habet ꝙ Prohibete
clerici non nutriant comam: sed tondant. ¶ P̃. de ⁊. z. c. scquet
etate puerili habet in cañ. di. 77. subdiaconus non ti.
minus viginti annorum ordinetur.

Hic breuiter dico ꝙ excludi ab or/
dine vel ordinũ susce/ a
ptione vel nõ posse suscipe ordinẽ põt itelligi triplr.
videlꝫ: vel non posse debite ⁊ honeste: vel nõ posse li
cite. qꝛ est õ preceptũ: vel nullo modo posse etiaz de
facto: ita ꝙ si attẽtet fieri nihil fiat. ¶ Primo modo
puer ⁊ non hñs discretionem non põt recipere ordi
nes: qꝛ non põt cum debita reuerẽtia recipere talez
gradũ qui confert in ordine. ¶ Scdõ mõ puer non
põt recipere ordinẽ sacruz lz possit illo mõ recipere
ordines inferiores. ¶ Primuz probat: qꝛ susceptio
ni ordinis sacri annexum est votũ cõtinentie: vt ha/
betur extra: sed puer ⁊ non hñs discretionẽ non po-
test in istud votum tacite vel expresse. ¶ Scdm ꝓ/ De eta. ⁊ q̃.
batur: qꝛ non inuenitur prohibitio arcens pueros a a multis. ⁊
susceptione ordinũ non sacroꝝ. ¶ De 3° mõ nõ pos 28. di.
se: dico ꝙ istud non inuenit in puero ⁊ hoc respectu
cuiuscunqꝫ ordinis etiam sacri: qꝛ ptãs exequendi
aliquem actũ vel gradus quo quis põt istum actum
exercere põt duratione precedere actum illum vel
potentiã ꝓpinquã ad actum illum: ordo nõ est nisi

B gradus disponēs ad ministrādū in determinato gra
du ecclīasticū: vt dictū est di. p̄cedenti. ergo ille pōt
cōpetere anteq̄ solutis ipedimentis sit in potētia p
pinqua ad exercendū illum actū: nec ibi requirit̄ cō
sensus ad ipressionē caracteris. sicut nec in minori/
bus ordinibus. Istud tn̄ nō posse 3° mō est in mulie
C re: qđ non est tenendū tanq̄ p̄cise p ecclesiā deter/
minatū. s3 habet̄ hoc a christo. nō. n. ecclīa p̄sumpsis/
set totū sexum muliebrē p̄uasse sine culpa sua actu q̄
posset sibi licite cōpetere: qui eēt ordinatus ad salu/
tē mulieris ⁊ alioꝝ in ecclīa p eam: qꝛ hoc esse vide/
ret̄ maxime in iustitie nō solū i solo sexu s3 ēt in patu
cia psonis. Nunc aūt si de lege diuina licite posset cō
petere mulieri ordo ecclīasticus posset eē ad salutē
⁊ eaꝝ ⁊ alioꝝ p eas. Et qđ dic̄ aplīs .i. ad thimo. 2. Do
cere mulierē nō pmitto intelligēs de doctrina publi
D ca in ecclīa non est dictū apli tanq̄ statuētis: sed nō
pmitto: qꝛ nec xp̄s pmisit. cuius argm̄ euidēs accipit̄
qꝛ nec matrē suā posuit i aliquo gradu ordinis in ec/
clesia: cui nulla alia potuit vel nō poterit in sc̄titate
equiparari. ❡ Ratio aūt nālis huic dicto cōsonat q̄
Cap. ii. aplīs innuit p̄ma ad Coꝛ. Nā nā non pmittit mulie/
rē saltē post lapsū tenere gradū eminentē in specie
humana sicđem est dictū sibi in penā pcti sui Gen.
2. sub viri ptāte eris. ❡ Cōtra h. vbi idē agēs ⁊ pas/
sum eiusdē spēi ibi est idē effectus: sed xp̄s est idem
agēs: ⁊ pono q eodē mō intēdat hic ⁊ ibi vir ⁊ muli
er ⁊ aīa viri ⁊ mulieris passa eiusdē spēi. g̃ si xp̄o ali/
quid agente aīa viri recipiet caracterē sequit̄ q ipso
E idē agente circa mulierē ipā idē recipiet. ❡ Rn̄deo
maioꝛ est vera de agēte inducēte formā ⁊ agēte nā/
li. sed si voluntarie agat ⁊ cōtingenter non est veruz
q idē agat. sed poterit non agere. Si aūt nō iducat:
sed tn̄ facit quēdam actū ad quē alius inducat q̄ vo/
a. l. falsa. luntarie inducit in illud passum in quo pponit idu/
cere: maioꝛ nō est vera ⁊ ita est in pposito. ❡ Et istō
argm̄ est bonū ad pbādū q minister nullū actum ne
cessariū facit ad quē necīo sequit̄ effectus sacri: sed
tn̄ ɔtingenter: vt in pluribus ex pactione diuina.

Ad argumēta.

❡ Ad p̄mū dico q
q̄tū ad gloriā ɔn/
dā ⁊ ad gratiā hn̄dā, non est distictio in lege xp̄i īter
F feminā ⁊ masculū: qꝛ tantā grām hēre ⁊ tantā gloriā
attingere pōt illa sicut iste: sed quātum ad gradū ex/
cellentē hn̄dum in ecclīa hn̄ decet esse distinctionē
inter virū ⁊ mulierē in lege xp̄i: qꝛ hoc ɔsonat legi
nāe. ❡ Ad 2m̄ forte in grecia vxoꝛ p̄sbyteri pōt dici
p̄sbyterissa: vbi sacerdotes vtunt̄ licite matrimonio
prius ɔtcto: sed apud nos latinos vbi castitas non cō
a. l. p̄sbytera iugalis sed simplr̄ est ordini annexa: p̄sbyterissa pōt
dici aliqua bona matrona vidua vel pfecta inter alīs
mulieres: vel forte in collegio illa q̄ preest olīus alijs
vt abbatissa iter moniales: sed ista non h3 p hoc gra
